gitima ſit æſtimanda tempore condemnationis, vel tempore ſolutionis. Du en. regul. 356. ampl. 2 ad doctrinam Bart. in l. ſticus, ff. de pecu. leg. Rip. in l. quartam, num. 285. ad l. Falcid. vbi pulchram facit diſtinctionem, & pulchriorē tradit Fiumagiol. in d. l. in quartam, num. 438. & ſeq. & ibi atteſtatur de communi, & Moron. de pac. fid. & tregu. q. 153. & Vaſq. in tract. de ſucceſſ. creat. §. 30. num. 220. & 223. & Mich. Graſſ. in tractat. de ſucceſſ. in §. legitima, qu. 30. vide etiam Hieron. Gabr. conſ. 176. lib. 1. per totum.

34 Item † adde, quòd pater ſoluens aliquid pro Filio, ſi Filius habet peculium, ideſt bona materna in dubio præſumitur ſoluiſſe de peculio, etiam in aduentitijs, Aufre. ad Capell. Tholoſan. deciſ. 121. & Moron. de cap. quæſt. 154. num. 20. & Viuium commun. opin. in ver. ſtatutum diſponens, quòd pater teneatur, num. 16. & Ruin. in conſilio 149.
35 num. 14. vol. 3. ſed † in ſtatu eccleſiaſtic. prouiſum fuit per Conſtit. March. lib. 4. cap. 18. quod de delictis Filiorum, ſoluatur pœna de peculio, & ſi nō habeat peculium, vel nō ſufficiat ad exactionem pœnę, pater teneretur ſoluere legitimā pro Filio.

36 Item † adde, quòd pater non teneretur ad legitimam pro Filio, vbi alterum Filium interfecit, ſecundum Moron. de pac. quæſt. 176. numer. 5. ſed ego credo hoc non eſſe verum, quia iure non probatur: & neſcio videre, quare ſtatutum, quod tollit legitimam filiorū delinquentium, non debeat habere locum, tam in hoc caſu, quā in alijs, cum militet eadem ratio; & fuerit factum non in odiū patris, ſed Filiorum, alàs delictum remaneret impunitum: & ſi legitima non ſolueretur Fiſco, remaneret ipſi filio delinquēti, nam parentes relinquunt hæreditatem filijs ſuis, etiam bannitis ſub aliquo velamine, vt quotidie videmus: & fratricida haberet portionem ſuam, & partem fratris occiſi: & ego vidi practicari, quod ſoluitur legitima in hoc caſu.

37 Item † adde, an in detractione legitimæ computentur Filiæ feminæ excluſæ à ſtatuto, ita quod faciant, vel non faciant partem cum maſculis, & dotes ſint detrahendæ, tanquam æs alienum, Boſſ. de public. bonor. num. 2. & Anton. Roſell. de ſucceſſ. ab inteſt. numer. 239. cum ſequent. vbi latiſſimè, Gabriel. conſ. 21. per totum, volum. 1. Rimin. iun. in conſ. 587. num. 46. & ſeq. Cephal. conſ. 245. vbi latiſſimè diſputat, & diſtinguit, & generaliter magis eſt recepta ſententia, partem feminarum Filijs maſculis accreſcere, ſecundum Socin. iun. conſ. 25. num. 4. volum. 1. Alciatus conſil. 479 numero 12 & Ceph. ſupra citat. numero quadrageſimoſeptimo, vide etiam Gabriel. commun. concluſ. lib. 6. ſub tit. de legitima, concluſ. 2. vbi hunc articulū diſcutit, referendo diuerſas opiniones, & idem facit Michael Graſſ. in tract. de ſucceſſ. §. legitima, quæſtione 7. numero ſecundo, cum ſequent. vbi latiſſimè hanc quæſtionem examinauit, ſi Filia ex ſtatuto excluditur ſine facto teſtatoris, legitima Filij priuantur.

tione ſe non defenderit, [f] ſed fuerit in cōtumaciam condemnatus virtute alterius ſtatuti diſponentis, quòd contumax habetur pro confeſſo, & conuicto. Reſpon. quod nō, ſed tātūmodo tenetur, quando filius eſt per veras probationes conuictus. Ita dicit Bart. in d. l. cum. filius fam. nu. 4. cum quo tranſeunt communiter Doctores, vt dicit Iaſ. in ea l. cum filius fa. nu. 18. Nam vbicunque ex ſtatuto pater obligatur pro delicto filij, vel filius ex delicto patris, ita demum vnus pro alio tenetur, ſi verè conſtat de delicto, ſecundum Bart. ibi, qui in hoc approbatur, vt ait Socin. conſ. 57. poſt num. 10. lib. 3. Hoc tamē intellige, vt procedat, quando verba ſtatuti ita ſunt concepta, vt appareat ſtatuentes voluiſſe patrem ex ipſo delicto filij teneri, [t] puta, quia dicat, quod vbicunque filius aliquod delictum commiſerit, pater teneatur ad ſoluendum, & c. nā eo caſu vtique opus eſt, vt de ipſo delicto vero appareat; ſed vbi ſtatutum non delictum, ſed condemnationem tātūmodo reſpiceret. puta, quia diceret, quòd pater teneretur ſoluere quamcunque condemnationem factam contra filium, eo caſu ſecuta condemnatione, ſiue cōtra filium præſentem, ſiue in eius contumaciam, poteſt pater cogi ad illam ſoluendam. Ita diſtinguit Bartol. in d. l. cum filius fa. n. 3. [d] Et hanc diſtinctionem dicit eſſe communem Fel. in c. cum Bertoldus, nu. 2. de re iudi. quem refert Boſſ. in tit. de carce. fideiuſſ. relax. num. 58. Ceterum ſi filius compareat, & eius confeſſione, vel alijs probationib. conſtet de maleficio, tunc vtique pater tenebitur virtute huius ſtatuti, etiamſi in eo iudicio citatus non fuerit. Et eſt communis opin. vt dicit Alex. in d. l. cum filius fam. in princ. nu. 6. in fin. quem refert Iaſ. ibi, poſt num. 14. verſic. prima concluſio.

10 *Ex hac etiam concluſione infertur, valere ſtatutum, quòd villa teneatur pro maleficio commiſſo in eius territorio, de quo dixi ſupra q. 82. ſtatuto 1.*

28 Item † adde ſi ſtatutum ſimpliciter diſponeret, quod pater teneretur pro delicto Filij, non intelligitur de baſtardo, Baldus in l. generaliter §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtitutio. & Socin. in c. 2. nu. 6. de delict. pueror.

39 Item † adde, quòd huiuſmodi ſtatutum, quod pater teneatur ad legitimam pro delicto Filij, intelligitur, ſi Filius non ſit ſoluendo, Rom. in l. ſi Filiusfamil. la 2. ff ſol. matri. & Fel. in conſ. 48. nu. 19.

40 Item adde, † quod huiuſmodi ſtante ſtatuto pater non tenetur pro Filio pupillo delictum committente, ſecundū Marſil. in ſingul. 362. ſtatutū volens, & 491. commun. opin. quē ſequitur Plott. in repet. l. ſi quando, Codic. vnde vi. §. 53. numero decimo.

51 Item adde, quòd ſtante tali ſtatuto, pater non tenetur ſoluere legitimā pro Fil. min. delinquēte, ſecūdum Dom. Farinac. in q. 23. num. 168. tenentem, quòd ſtatuta pœnalia minores non comprehendant, ſed ego vidi ſēper ſeruari contrarium in practica, & in ſtatu eccleſiaſtico parentes paſſim coguntur ad ſoluendum legitimam pro filijs delinquentibus, etiam ꝙ ſint minores 25. annis.

Item adde, quòd ſtante huiuſmodi ſtatuto, ꝙ vnus teneatur pro alio, non habet locū inter delinquentem, & illum, qui ex forma ſtatuti tenetur pro Filio etiam ſibi inimico, Alc. de præſumpt. reg. 1. præſ. 24. n. 2. Plott. in l. ſi quando, C vnde vi, §. 53. in fine. *Baiard.*

f *Sed fuerit in contumaciam condemnatus.*] Adde ſimilem caſum infra q. 90. verſ. ſcias autem in principio. Hoc autē ſtatutum locum non habet, cum Filius eſt minor 14. annis, Iaſ. in d. §. actiones, nu. 89. inſt. de act. *Drogb.*

t *Puta, quia dicat.*] Tenorem verborum attende, ſic enim magis verbis, quàm rebus ipſis legem imponimus ad l. fin. C. de vſur. At de interpretandis ſtatutis, ſup. q. 85. verſ. ſolet etiā, poſt princip. q. 84. verſ. hæc autem, cum verſ. ſeq. infr. q 94. verſic. ſed pone, vbi de iſto verborum magis quam rerum ſenſu, infra q 89. verſ. ſed quæro, facit text. in l. 2. in fin. C. com. de leg. cui adde Gram. deciſ. 12. nu. 12. cum ſimil. ſic & alias in verbis ipſis inculcabantur veteres Philoſophi, phiſ. text. 1. com. 20. ibi conturbati ſunt autem. *Drogb.*

42 d *Et hanc diſtinctionem.*] Adde, † quod hanc diſtinctionē ſequitur etiam Burſ in conſ. 169. vol. 2.

Item adde, quòd ſtante huiuſmodi ſtatuto, quòd pater teneatur ſoluere condemnationem filij, quòd teneretur etiam ſoluere, quando Filius iniuſtè fuiſſet condemnatus, ſecundum Bald. in l. vnica, nu. 12. C. ne Filius pro patre.

Item adde, quod iſta diſtinctio procederet etiam in ſtipulatione, ſiue promiſſione pro aliquo facta, vt per Bero in conſil. 202. nu. 38. vol. 3. vbi plenè, quando quis teneatur ad pœnam ex delicto alterius ex diſpoſitione ſtatuti, vel promiſſionis condemnati in contumaciam: & quando ſtipulatio dicatur ſimilis promiſſioni iudicatum ſolui. *Baiard.*

QVÆST. LXXXVII.

An ex ſola ſcientia delicti committendi ſit aliquis puniendus.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Sciens delictum cōmmittendum, & non reuelans an ſit puniendus.*
2 *Et quid in crimine læſæ Maieſtatis.*
3 *Et an quis puniri debeat, ex eo quòd potuit prohibere delictū, & non prohibuit.*
Et quid de iure canonico, ibid.
Et quid in foro conſcientiæ, ibid.
4 *Et quid ſi talis ſciens delicto conſenſit.*
5 *Ratificans delictum commiſſum an ſit puniendus.*
Et quæ requirantur ad hoc, vt ex ratificatione quis puniri poſſit, ibid.

Ex Additionibus.

1 *Conſcius criminis quando reuelare teneatur.*
2 *Filius non reuelans delictum committendum contra patrem, tenetur vt parricida.*
Item in alijs deſcendentibus, ibidem.
Et qua pæna, remiſſiuè, ibidem.
3 *Collaterales non reuelantes delictum committendum contra collaterales puniuntur extraordinariè.*
4 *Sacerdos an teneatur reuelare delictum, quòd aliquis confeſſus eſt ſe facturum.*
5 *Vxor ſciens maritum occidendum, & non reuelans, tenetur eadem pæna.*
6 *Aperiens tractatum maleficij, an teneatur nominare perſonam, remiſſiuè.*
7 *Statutum contra ſcientes, & non reuelantes, non habet locū contra ſcientes, non tamen habentes probationes.*
8 *Officiales reuelantes ſecreta Curiæ quomodo puniantur.*
9 *Et quia de Ancianis reuelantibus ſecreta vniuerſitatis.*
10 *Vxor ſciens maritum velle committere crimen læſæ maieſtatis non tenetur illum prodere.*
11 *Quid in patre, & filio.*
Et quid in matre, ibidem.
*11 *Quando ſtatutum in ſola voluntate fundatum eſt, non valet argumentum a ſimili.*
12 *Sciens, & non reuelans an teneatur. remiſſ.*
13 *Officialis inſultato ciues præſentes fauore tenentur, alias extraordinarie puniuntur.*
14 *Monetam falſam cudi, qui prohibere poteſt, & nō prohibet tenetur pæna falſi.*
15 *Delictum non prohibens cum poſſit, peccat mortaliter, & tenetur in foro conſcientiæ.*
16 *Ratificari delictum quid cenſetur ex eo, quid commodum immediatè ad eum peruenit.*
17 *Ratificari an poſſit factum, & non qualitas.*
18 *Ratificatio delicti fit non ſolum expreſſè, ſed etiam tacitè.*
19 *Et quando Vniuerſitas dicatur ratificaſſe tacitè, remiſſiuè.*
Ratificatio delicti non dicitur facta per magnum factum.
20 *Ratificare poteſt quis illud, quod non nomine ſuo geſtum fuit.*
21 *Et an talis ratificatio in foro puniri poſſit.*
22 *Iactans ſe feciſſe delictum, quod non fecit extraordinariè punitur.*
Delictum quomodo conſtare poſſit eſſe factum nomine alterius remiſſ.
23 *Ratificatio delicti de æquitate canonica non debet puniri pæna ordinaria.*
24 *Ratificatio adulterij, & ſtupri an poſſit puniri ſicut ratificatio homicidij.*
25 *Ratificationis materia vbi tractetur.*

ADDITIONES, Ad Quæſt. LXXXVII.

a PRæcipuè vero] Farinac. d. quæſt. 24. num. 197. & alijs ſequentibus vſque ad fin. *Roſſ.*

b *Et in primis, quæro nuuquid ex ſola ſcientia.*) Hic non conſcius criminis, quando illud detegere debeat, & qua plectatur pœna, ſi non detegit explanatum plenè per Iacob. Menoch. de arb. iud. conſ. 355. *Ciach.*

In primis quæro.) Adde † videndum Menoch. de arbitrar. iudic. Caſu 355. vbi latè, quando cōſcius criminis illud detegere debeat, & qua pœna ſit puniendus, ſi non detegit.

2 Item † adde, quòd Filius, vel deſcendens delictum committendum cōtra parentes, vel è contra ſciens, & non reuelans, & non prohibens, ſi poteſt, tenetur ac ſi verè ipſe feciſſet, l. vtrum, ff. ad l. Pomp. de parricid. & eſt communis opinio, de qua Gomeſ. de delictis, capitulo tertio, numero quarto, & qua pęna puniendus ſit ille, qui parricidij ſcientiam habuit, & non propalauit, vide etiam Beroum in capitulo primo, numero ſeptuageſimoprimo, cum ſequent. de offic. delegat.

3 Item † adde, quòd frater, vel alius conſanguineus vſque ad quartum gradum ex ſola ſcientia non tenetur pœna ordinaria, ſed pęna exilij, vel alia ſimili extraordinaria, l. 2. ff. eodem titulo, & Gomeſ. de delict. loco ſupra allegato, vbi ſimiliter atteſtatur de communi, & ratio eſt, quia ſciens, & tacens, videtur cōſentire, per textum in capitulo ſicut dignum, de homicidijs, & Foller. in practic. crimin. in ver. pœnis debitis, numero ſexageſimonono.

4 Item † adde, quòd ſi quis in confeſſione dixerit ſacerdoti, quod vult committere homicidium in perſonā talis, & quòd non poteſt reſiſtere huic tentationi, ſacerdos poterit, ne ſequatur delictum manifeſtare illi, non tamē nominando, nec propalādo perſonam, cap. hoc videtur 30. diſt. & Gigas in tractatu de crimine læſæ maieſtatis, tit. qui accuſ. poſſ. quæſtione decimaoctaua, vbi dicit eſſe cōmunem opinionem Canoniſtarum, ſed vide etiā Antonium Gabriel. commun. concluſ. libro ſeptimo, concluſione vltima, numero vigeſimo, & Viu. commun. opinion. in verb. confeſſio, nec ſacerdos cogi poteſt à Papa ad reuelandum confeſſionem ſecundum Auguſtinum ad Angelum, in verbo, *che hai tradita la tua patria*, numer. decimo octauo, & Bero. quæſtione duodecima, numero ſecundo, & quòd delictum committendum reuelari poſſit, & quando habetur etiam per Meuochium de præſumption. quæſtione octuageſimanona, numero 17. libro 1.

5 Item † adde, quòd vxor ſciens futurum homicidium in perſona mariti, & non reuelans, tenetur eadem pęna, qua interfector.

QVÆST. LXXXVII.

1 *PRæcipuè verò debet iudex aduertere in ſententia condemnationis ferenda, nō modo quis ſit titulus delicti commiſſi ſed etiā quæ ſit illa qualitas, de qua delinquentes imputantur: ſæpiſſimè enim contingit, quod in eodem crimine multi interueniunt, qui tamen omnes diuerſis pœnis ſunt puniendi. Poteſt autem quis imputari, aut quod delictum ipſum proprijs manibus commiſerit, aut ꝙ ſciēs, ac particeps fuerit, aut ꝙ de delicto faciēdo tractauerit, aut conſiliū, ſeu mandatū dederit, aut auxilium præſtiterit, aut maleficio aſtiterit, aut illud poſtea ratum habuerit. Aliter ēt punitur delinquēs, per maleficium tantūmodo attētauit, aliter maleficio in conſummato: de quib· oīb. quia ſuper eis quotidie in practica diſputari contingit, breuiter videamus.*

Et [b] in primis quæro, nunquid ex ſola ſcientia delicti committendi quis puniatur. Reſpondeo, quod regulariter ſola ſcientia non eſt punibilis, & in hoc eſt difficul-